

Lemnisci Sacris Nuptialibus ... Viri Dn. Johannis Vestringk I.U.D. Et ... Annae Valentins Transmissi ex Parnasso Gryphico Anno M.DC.XLIII.

1643

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777137739>

Druck Freier  Zugang





II - 1627^{s.}

LEMNISI

Sacris Nuptialibus
Clarissimi & Consultissimi VIRI
DN.

JOHANNIS
VESTRINGK

J. U. D.

ET

Lectissima & Pudicissima Femina

ANNÆ VALEN-
TINS
TRANSMISSI

ex
Parnasso Gryphico

Anno M. DC. XLIII.

ad II. Plac

H. 1627. 5.

LEHMISCI
C
P
D
G
L
J
A
V
A
L
E
N
S



Sieß ist der Veste Ringt/daran der Haß verzaget
An dessen *Diamant* der Neyd vergeblich gnaget
Dieß Handt Belt gibe die Lieb' auff trewer Herzen Kauff
Dieß löset Gott vnd Tod/sonst alle Welt nicht/auff.

Anno M. DC. XLIII.
Prof. Mathem. & P. T. Rector
Acad. Gypsius

CUR *Fanus Jano nollem favisse? vocentur*
Par foederis *Vestringius Beringius.*
Sic etenim meruit tua consociatio morum,
Devincias ut optimos tibi viros.
Gryphica quos habuit, quos Varnica Musa, Bregella
Borussa, quos dedit videndos Belgium
Leida sagax, cultrix Franeckera, & ampla Groninga
Quis te probasti comprobasti mascule
Quid potuere? docent. Tu doctus ante Petitus
Tibi sufficis, nobis aliisq; sufficis.
Quod nequiere, potest Lubeca Travina, secunda
Junone quæ te nunc beat viragine.
Audit inexploto tibi corde, virago vorago,
Sed omnibus non illa mens. Est temperans
Et modicis rebus, castis satiata voluptas
Quæ cum pudicis complacebat moribus:
Inter eas tua talis erat Sponsa optima raras,
Delectet illa te fovens noctes dies
Eveniatq; toro, complexui prosper amico
Eventus, ut Parentibus nomen sonet.
Consonet & reliquis in partibus optimis ordo
Domo, foco, toro, foro, solo, polo.

*Sic Clariss. Dn. D. Vestringio Amico suo colendo
animus precatur Gryphisvaldi*

JOHAN BERINGIUS

Prof. Mathem. & P. T. Rector
Acad. Gryphisvaldensis.

X z

Ergo

Ergo divini quid inasse amori
Conjugum, nunquis dubitet? pol illud
Nuptiis ostende tuis habendis
Omine fausto

Nam Dei jussu Tibi, fronte lata
lungitur Sponsa, facilis, modesta
Blandula vita comes & levamen.
Semper amicum.


Omen hoc faustum sit & auspiciatum,
Sponsa congaudens quod amoris ergo,
Te sum, **V E S T R I N G K** vocitat Maritum
ore tenello

Hic novis ergo lepidis maritis
Sic **D E V S** presto, saveatq; semper
Nuptiis vestris, & eas secundo
Omnine firmet.

Boni ominis ergo S.

Mervius Volschovius
S.S. Th. D. & Superint.

Hy-



Hymeneus Sapphicus

In honorem

VIRI Clarissimi & Excellentissimi

Dn.

JOHANNIS VESTRINGK

S P O N S I

&

Pudicissimæ Faminæ

ANNÆ Valentins/

Dn. NICOLAI Gorrius

p. m. civis & negotiatoris quondam Lubecensis relictae
viduæ, S P O N S Æ,

E Cce jam dudum JANUS ardet igne,
Qualis Æthneis furit in cavernis,
Lydij pro quo tibi Dives unda
sordeat Hermi:

ANNA, non chari teneros mariti
Jam sub amplexus dubites venire;
Cur maritali sua ferre differs

jura cubili?

Cernis, ut castos meditetur ignes,
In tuos figens oculos ocellos,
Ut tuam spectans faciem, medullis
æstuet imis.

JANE, tu Sponsæ facilis peræque
Sistuæ; quicquid jubet alma Cypri
Fac, & ut par est, lociq; poscit
munus amoris.

Nulla concordi thalamo nocebunt
Fata, sed constans erit absq; lite,
Et thorum prole innumera beabit
mater amoris.

Lubenter meritoq; scriptus à

JOCHIMO VOLSCHOVIO

J. U. D. & Profess. Academio Gryphsvald,
consist. Ecclesiast. Directore.

~~~~~

Clarissimo, & Consultissimo VIRO

Dn. JOHANNI VESTRINGK

J. U. D. & Philologo eximio

Uti &

ANNÆ VALENTINÆ

Soonis lectissimis

PHALEUCUS.

*N*unc VESTRINGK tuos Venus labores
Donis prosequitur benigna multis:

Nunc dat pro vigili Tibi peractis

Cura noctibus, & diebus, Unam

Noctem qua fuit haud beatiore

Tactu gratior: invidet futura

Luci,

Luci, quæ rediens opinione
Prægaudia turbet apta lecto.

Sic optat tenebras Amoris antrix,
Sic foetet tacitos amantiorem
Congressus, licet hac opus diei
Suo tempore monstrat arte factum.
Hactenotæ Virum dieq; præsta,
Et fidem vadimonio revinci,
Dein egentibus alliga penates
Membris, multa diu jacentibus prob
Propter funera massa, & incubato
Horas aberibus dieq; noctesq;

Et post depositus ubiq; curas
Et tot nequitias maligniorum,
Expertas dolor heu! in orbe pravo

Et tot nequitias potentiorum,

Quorum suppeditavit omnis ævi

Arcanas Tacitus strophas tacendus

Nullotempore, seculog; nullo.

Post tot legibus explicando sacris

Impensas operas laboriosas.

Curas multiplices, nec otiosas

Et laudum hinc titulos, licentiamq;

Iuris præmia, pileum togamq;

Dignæ promerita: est Tibi vacare

à curis licitum, & litare Amori,

Ergo quod bene versibus pue llas

Et Sponsos cecinisti amore siccos: (a)

Quod plangis Gryphidem dolore quassam (b)

Parnassiq; colore verticem atro

(a) In nuptias D. P. Stephani,

M. Johannis von Essen.

Georgij Stypman.

(b) Cousternatio Gryphidis in

abitum legati Regij.

Descri-

(c) Parnassus atratus in ambitum Alexandri Ersklein.
(d) Gratulatio in eundem nomine Academiæ scripta
(e) Elegia Mihi Reſtoratu abeunt ſcripta.

(f) Diſſertatio de oſculis.
(g) Diſp. ſaſinguralis de jur. exequiar.
(h) Lectio cursoria ad l. 9. d. Feri.

Orat. de Vectigalibus pro doſtoratu habita.

Deſcribis, (c) bona publico quæ offerſ
Vota nomine (d) quot tuus character
Perſtrinxit male ſana mentis agræ
hæc deliria deſidis juvenæ: (e)
quot plagas, populosq; viſitaſti,
quot linguis loqueris diſerte vates,
quot pernox numeras faces Amator,
quot Te ſuſpiciunt viri colendi,
quot ruruſus venerariſ eruditos,
quot tu candidulos habes ſodoleſ,
quot Tuum decus amulantur illi
quot leges memori Papinianas
calles ingenio, quot implicata
continent para-commata hæ graphorum.
Et quot oſcula nuper edidiſti (f)
Horas, exequias (g) dieſq; ſcriptos (h)
in hiſ quot bona verba ſyllabasq;
quot docto genio notas notaſti

Tot nunc baſiſolia bea maritam
tot te baſiſolia beet marita,
ex poſt milia baſiſationum,
poſt niſtus oculi, aurium ſuſurros,
poſt nodos, helicasq; brachiorum
Sponſa debita da Tua tributa (i.)
Fac ſponſo tibi qua licent amanti,
Fac qua ſponſa tibi haud negabit unquam
Fac qua facta velimus, & putamus,
mandat quaq; mihi Pudor tacere.

Elegia

Elegia Anagrammatica.

JOAN VESTRING ANNA VALENTIN
NOVI ASTRINGE. NI VANALENTA.
JOHANNES VESTRING ANNA VESTRING
NON È VI HAS STRINGE NUNC GENIS RATA.
JOHANNES VESTRINGIUS JURIS UTRIVSQUE DOCTOR.
ANNA VALENTINA VESTRINGIA.
JO! VESTER NESTOR VALETTRIA DONA IN IGNI
QUIN HAN C USTRINA URIS. NAVIS UNGE.

Quas tibi sponte sua non vi sed victa pudore
Offert candidulas chara virago genas.

Illas stringe tuis osculis, has comprime lentra
vi, nihil est facti Vir & Amice novi.

astringe hanc blandu, gratia, amplexibus illam
comprime, nunc semper basioli restrea.

Nunc ustrina patet tibi candens, ignis in igni
urit, & amplexus flamma calore viget.

Ito tua exequias Nestor modo virginitati
Morgnaticaeq, loco da tria dona Tuae.

Sentio quid, noyis. facundum dactylon inde
Annua: sic jubet id annulus egregius (b)

pro munimento fortes (a) appone gemellos
custodes, servent, ut tria dona bene.

(a) Feste

(b) ringt:

Unge tuas vires, valet illa obsistere contra
fig, uris, rursus experiere faces.

Ni vi certamen tentaris, vana putabit

Prelia facta genis, nec rata credit ea.

Sit calor hic vester vivens dum carbasa venter
implerit, ventus dicere ego volui.

Quin potius rimas si quas agit obstrue navis
ne pereat menses clausa saburra novem.

Jo dum gravis est navis, nihilominus, urunt
rixus perpetuis ignis & vnda simul.

Dic mihi cur medijs DOCTOR tua puppis in undis
Urit? Percipio hoc: Est Venus orta mari.

Honoris, Amicitiae, & moris ergo scripsit

FRANCISCUS STYPMAN. J. U. D.

Prof. Ord. & Consist. Eccles. Aduersor.

TRaya tibi sedem dedit? Hoc indignor, & opto
Respuat ut Civem te coluisse suum,
Est LUBECA quidem decus ingens Imperiale,
Cui par vix totus Teutonos Orbis habet,
At hoc Mercurij decus est lucrantis, habet te
Major honos Themidos & Joviale decus,
Dignus qui sed eas Rostochi Gryphosylæq;
Francfurti, vel ubi jus Themis alta colit,
Vis per it ingenij tua maxima, sancta, Lubeca
Si tibi Mercurij res erit atq; lucri.
Ex animo de te Vestringi Celse Themistos
Doctor, sic verè sentio, scribo, loquor,
Consentire scio conscribere colloquiq;
De te sic cunctos pectore veridicos,
At confido, tibi redeundi confore mentem
Expleris Veneris dum sacra festra tuæ.
Cela consilium Sponsam, si caperis, ipsam,
Ac Academiis Hospes Amate redi.
Interea tibi fausta precor, thalamoq; novato,
Præsit cum cunctis huic **DEUS** opto bonis.

bene precabatur ex animo

Jacobus Gerschovius

J. U. D. P. Cæsar.

OCcupor officio jam nunc; quum scribere metra
Vestringi in thalamum debeo plura tuum,
Hinc brevibus voveo; nexus sit us ille jugalis
Pacificusq; solo prolificusq; polo.

Honor E.

amico candidiss.

JOH. HEUNE D & Professor.
Crescat

Crescat honos, cecini nuper Clarissime Doctor,
Cum tibi Doctoris jure daretur honos.
Crevit honos & crescit honos tuus; Ecce merenti
Iam tibi confertur conjugialis honos.
Crescat honos, iterum voveo tibi, crescat uterq;
Doctoralis & hic connubialis honos!
Nec sterilem junone tuâ traducito vitam;
Sic cum præclaro nomine crescat honos.

*Ita nuptiis eminentissimi Dn. Vestringi
amici honoratiss. applaudit.*

M. ABRAHAM BATTUS
Log. & metaph. Professor Gry-
phisvaldi.



Multo labore prouper Vestringium
Apollo noster pristinum

Cascis sepulcretis decus deperditum

Ut vidit aptè reddere

Lauri quidem perdocta cinxit tempora

Laboris & solatium

Dedit; Memor sed alma Cypris oscula,

Et osculorum plurimas

Formas, modosq;, quos favente dextera

Descripsit hic Doctor, novos,

Novâ laboris funevatione maximi

Donare, nec non semina

Sudoris osculi sepulcro condere

Quæsiuit, & nunc Annulam;

Valtiniam charissimo Vestringio

Suo Venus dat inelytam.

Hic

*Hic hic labores gende, frater optime,
Hic hic sepulcrum est osculi.*

*Festivitati nuptiali absens ut adfit amico
optimo f.*

M. JOH. von Essen
Phil. Pract. & Hist. Prof. Ordin.

ME tibi dum nuper mea longa absentia honores
Gratari meritos, ceu debui, vetuir;
Pocit amor tempusq; monet jam carmine scitô
VESTRINGI tædas concelebrare tuas:
Plenior ast habitus jucundaq; Svada canendi
sat promptum, dolor heu! deficiunt animum.
Non tamen in totum fideo. Tu mente benigna
accipias, tenuis quæ tibi Musa canit:
Longum vivatis, mutuo certetis amore,
ut decorent vestrum pignora plura torum.

Hic nuptiali voto presensem se fessere absens voluit.

Wilhelmus Bade, Hamb.

Op myn Heer


D. JEAN VESTRINGS

Houvvelyck

GEen bruylofs-feeft, geen gouden-rinck
Geen schoon juwvel, geen ander dinck,
Maer liefd' alleen die maekt het vyt
By onsen Bruydgom ende Bruyt.
Gaet, vryers, gaet, en doet vW dinck
Heer Vestrinck raeckt den besten-rinck,

ten eeren geschreyen yt Leiden
door

Jean Jansen van Grypskerck.




Crescat honos, cecini nuper Clarissime
Cum tibi Doctoris jure daretur ho
Crevit honos & crescit honos tuus; Ecce m
Iam tibi confertur conjugialis ho
Crescat honos, iterum voveo tibi, crescat u
Doctoralis & hic connubialis hon
Nec sterilem junone tuâ traducito viram;
Sic cum præclaro nomine crescet.

*Ita nuptus emine
amici honora*

M.

L.

P.



Multo labore pronuper V
Apollo noster pristini
Cascis sepulcretis decus depe
Ut vidit aptè reddere
Lauræ quidem perdocta cina
Laboris & solatium
Dedit; Memor sed alma C
Et osculorum plurimas
Formas, modosq; quos fave
Descripsit hic Doctor,
Novâ laboris funeratione ma
Donare, nec non semina
Sudoris osculi sepulcro conde
Quæsit, & nunc Ann
Valtiniam charissimo Vestr
Suo Venus dat inclytam

Hic

